GREGORIUS MAGNUS. ORIGENES. ANNALES ZWETLENSES
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 52r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Nota de qualitate predicatorum et prelatorum



ris; Et notandum que sint que debeant
a speculatore predicari. nimirum fides et
operatio sic ait; Si autem annunciaueris im
pio et ille non fuerit conuersus ab impietate
sua et auia sua impia; Impietas quippe ad
infidelitatem pertinet. uia uero pua. ad malam ac
tionem. Et omnis speculator hoc habere de
bet studii. ut prius ad pietatem fidei. postmodum
ad piam uiam. i. ad bonam actionem trahat;
S; quia de exhortatione sermo se intu
lit. innotescere breuiter debemus in ore pas
toris qui esse debeat ordo. atque consideratio
locutionis; Pensare et enim doctor debet
quid loquatur. cui loquatur. quomodo loquatur. qualiter loquatur.
et quantum loquatur; Si enim unum horum de
fuerit. locucio profecto apta non erit; Scrip
tum quippe est; Si recte offeras. recte autem
non diuidas. peccasti; Recte autem offerimus
cum bono studio bonum opus agimus. s; recte non
diuidimus si habere discrectionem in
bono opere proponamus. Considerare et enim
debemus quid loquimur. ut iuxta pauli
uocem. sermo noster semper in gratia sale sit
conditus; Pensandum uero nobis est cui
loquamur. quia sepe increpationis uerbum
quod admittit hec persona. secundum opus fit al
tera. Unde nathan propheta dicitur post adulterium.
forti increpationis sentencia percussit.
qui cum deraptore ouis diceret filius
mortis est uir qui fecit hoc. ei protinus
respondit dicens; Tues uir ille. Cui tamen
cum de salomonis regno loqueretur. quia cul
pa defuit ei. se humiliter in adoratione
prostrauit; In una ergo eademque persona quia
causa dispar extitit. et iam sermo prophetice

dissimilis fuit; Pensandum quoque est quando
loqui debeamus. quia sepe utiliter differtur.
increpatio et postmodum benigne recipitur.
et non nunquam languescit si hoc quod ante
proferri debuit tempus amiserit; Nam et sapi
ens mulier nabal ebrium uidens incre
pare de culpa tenacie noluit. quem diges
to uino increpacionis sue uerbis utiliter percus
sit. Et propheta adulancium linguas non esse
subsequenti tempori differendas annunti
at quia ait. Confudantur erubescentes sta
tim. qui dicunt mihi euge euge. Adula
cio et enim si uel ad tempus pacienter susci
pitur augetur. et paulisper demulcet animum
ut a rigore sue rectitudinis mollescat
in delectatione sermonis. s; ne crescere
debeat statim est et sine mora ferienda;
Pensandum quoque nobis est qualiter loqua
mur. nam sepe uerba que hunc ad salutem
reuocant alium uulnerant; Unde paulus
apostolus qui titum admonet dicens. ~~argue~~ + argue
obsecra increpa in omni paciencia et doctri
na. Quid est quod uni imperium et alii pacien
ciam precipit. nisi quod unum lenioris alte
rum feruencioris spiritus esse conspexit. Leni
per auctoritatem imperii iniungenda erat se
ueritas uerbi. is autem qui per spiritum feruebat pacien
cia temperandus fuerat. ne si plus inferues
ceret. non ad salutem uulnerata reduceret.
s; sana uulneraret; Curandum quoque quan
tum loquamur. ne si ei qui multa facere
non ualet uerbum exhortacionis. uel increpaci
onis longius trahimus. auditorem nostrum ad fas
tidium perducamus; Unde isdem predicator egre
gius hebreis loquitur dicens; Obsecro uos fratres

+ argue cum omni impio. ty motheum exhortatur dicens.

52

STIFTS-BIBLIOTHEK ZWETTL